



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

45. An Cardinales possint exigere à suis Ecclesiis titularibus Charitatuum
subsidiū? Ex p. 5. tr. 2. res. 55.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

390 Tract. VII. De Potestate, & Priuilegiis

RESOL. XL.

*An Cardinales possint leges ferre in suis titulis ligantes
in conscientia? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 71.*

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1.
ex latissima doctrina Ref. 18. si-
gnanter in §. penult.

Affirmative respondeo, quia in illis habent iurisdictionem Episcopalem, ergo: & ita do-
cet Gordonus tom. 1. lib. 2. q. 10. c. 2. §. 4. num. 7. Castrus Palau tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 2. n. 12. Suarez lib. 4. c. 5. n. 4. Salas disp. 8. sect. 8. n. 45. Acugna in *Decretum Gratiani* p. 1. disp. 1. cap. 1. n. 4. Granadus in p. 2. conr. 7. tract. 3. part. 2. disp. 1. tract. 3. sect. 2. n. 13. Merolla tom. 2. disp. 4. cap. 4. dub. 4. num. 18. & alii.

RESOL. XLI.

*An Cardinales in suis titulis possint commutare ultimas
voluntates, in quibus possunt Episcopi respectu suorum
subditorum? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 57.*

S. I. Respondeo affirmative ex principio sibi adducto, quia Cardinales de jure habent in suis titulis iurisdictionem Episcopalem, & præter iura, & Doctores sibi citatos tenet Grilenzonus conf. 63. num. 1. & seq. Sbrozzius de Vicar. Episcop. lib. 1. quest. 3. num. 27. & seq. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 28. num. 7. Gonzales ad reg. 8. Cancell. glossa 13. num. 20. Imola in Clement. ne Romani, de elect. & alij. Sed commutatio ultimatum voluntatum ad iurisdictionem pertinet, vt per se patet, atque adeo id ex iis est, quæ de lege diœcesana sunt, neque ex iis, quæ à iure diœcesano tantum, vel sub commemoratione Diœcessis Episcopis conceduntur: ergo, &c. Adeo quid Cardinales in suis titulis Presbyteralibus vel Diaconalibus, possunt dicti habere quamdam Diœcesim, licet modicam, politam intra fines Romanæ Diœcessis propriæ Romani Pontificis, vt est Episcopus Laterensis, habent enim plerasque Capellas sibi subiectas intra certos fines ac limites substitutas, & hanc omnia docet *Moneta de commun.* vlt. vol. c. 5. q. 13. concl. 1. num. 452.

RESOL. XLII.

An Cardinales in suis titulis possint derogare fideicommissis ad eas Ecclesiæ pertinentibus? Ex part. 5. tr. 2. Ref. 611.

S. I. Respondeo affirmative, quia, vt dictum est, Cardinales in suis titulis etiam Presbyteralibus, & Diaconalibus, habent iurisdictionem Episcopalem de jure communis, & notat Lorichius in *thesaur. ver. Cardinalis*, §. 7. ergo, &c. Et ita hanc sententiam docet in terminis *Moneta de commun.* vlt. volunt. cap. 9. concl. 22. num. 634.

RESOL. XLIII.

Quannam potestatem habeant Cardinales in suis titulis, quæ sunt Monasteria Regularium? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 60.

S. I. Hoc dubium non à pluribus tangitur, & de illo tractat Mandosius ad reg. 7. Cancell. q. 2. n. 10. vbi observat quid cum aliqui ex titulis Cardinalium sint Monasteria, pro ut sint tituli sanctæ Crucis in Ierusalem, S. Eusebij, S. Petri ad Vin-

cula, & alij similes, satis dubitabile videtur decidere, quam potestatem in his titulis ac Monachis Cardinales habent; quodque ipsum decebat titularem S. Eusebij Cœlestinorum non habere iurisdictionem super eis Monachos, alioquin essent plura capita, videlicet Pater Abbas generalis, & Cardinals titularis, quorum utique in solidum & principaliter haberet iurisdictionem, quod non est dicendum, Ita Mandosius.

2. Sed observa cum *Moneta de commun.* vlt. volunt. cap. 5. q. 13. n. 441. quid forte ista Ecclesia nunc Regulares in constitutiones titulorum fuerunt sacerdotes: cum autem Cardinales hanc iurisdictionem in iure fundamat habeant, c. his qua, de maior. & obed. erit favorabilis, & latè interpretanda, iuxta tradita per Cassiodorum decif. 8. n. 6. de prob. Caput aquensis p. 2. dec. 88. n. 6. & alios relatios à Gonzales in reg. 8. Can. cel. §. 6. proem. n. 27. & 42. ergo, &c.

RESOL. XLIV.

*An Cardinales Monasteria Monialium ingredi va-
leant?*

*Et an hoc privilegium intelligendum sit de Cardinalibus
Protectoribus solim?*

*Et an hoc post Bullam Greg. XIII I. possit amplecti?
Ex part. 5. tract. 2. Ref. 20.*

S. I. Ad hoc dubium ita responderet Campanili in *vlt. diver. iur. canon. rubr. 12. cap. 16. num. 39. conq. 1. Redact. 11* Nullum reperi Decretum, aut Canonem de Cardinalibus loquentem in hac specie, sed tantum in argumento Monialium S. Clarae reperi ita scriptum. Si certus quis de S. R. Ecclesiæ Cardinalibus ad aliquod Monasterium huiusmodi Religionis aliquando venire, & intra clausuram ingredi voluerit, reverentia quidem est suscipiens; rogandus tamen, vt cum paucis sociis ingrediatur: quæ verba refert prefatus Collector in *codem loco, versic. octauo capi*, & subdit alia verba, inquiens: *Istud secundum aliquos est intelligendum de Cardinalibus Protectoribus solim. Nihilominus senior videtur altera sententia, vt de omnibus explicitur, ac verba facere intelligatur, ex quibus id ipsum fortasse dicendum esset respectu aliorum Monasteriorum alterius cuiuscumque Ordinis. Ita Campanili. Sed post Bullam Gregorij XIII. haec opinio non potest amplecti, nam expresse in illa prohibetur, ne Cardinales ingredi valcent Monialium Monasteria, nisi in casibus necessariis.*

RESOL. XLV.

*An Cardinales possint exigere à suis Ecclesiæ titulari-
bus Charitatium subfidiū? Ex part. 5. tract. 1.
Ref. 55.*

S. I. Videntur negativè respondendum, quia charitatium subfidiū solis Episcopis debetur, ex cap. congenerente, de offic. ordin. & ex cap. cim. Apostolus, §. probabimus, de cens. est enim de lege Diœcesana, & ideo quia Papa est Episcopus totius Orbis & Diœcesanus, ab universo terrarum Orbis, potest charitatium subfidiū exigere.

2. Sed posse Cardinales ab Ecclesiæ titularibus sibi subiectis charitatium subfidiū quæcetera, affirmatex Chassanæo Remigio de Gony *tr. de charitato subfido*, q. 21. & ex Bellen, Marcellus Megalius in p. 2. lib. 2. cap. 15. quest. 3. num. 13. & Scipio de Rubeis

S.R.E.Cardinalium, &c. Ref. XLVI. &c. 391

in Aphor. Episc. ver. charitatum subsidium, n. 9. quia, ut sapientis dictum est, Cardinales in suis Ecclesiis titularibus Episcopalia iura habent, ut docet Butrius, Imola & Abbas in cap. bis, que de maior, & obedient. Ioan. Andreas in cap. dilecto, de officio Archid. Geminianus in cap. vnic. de maior. & ibid. in 6. Suarez de legibus, lib. 4. cap. 5. num. 4. & Mandos, ad reg. 1. Canceller. quæst. 2. num. 10. ergo, &c.

RESOL. XLVI.

An Cardinales possint concedere Indulgencias? Et an potestas Indulgenciarum in Cardinalibus potius sit de consuetudine, quam de iure, cum pro ea nullus existat Canon? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 6.

§. 1. Respondeo Cardinales posse concedere Indulgencias centum dierum. Ita Praepositus in 3. part. q. 14. de Indulg. dub. 4. n. 38. Gamachæus in summa Theol. tom. 2. difp. de Indulg. c. 8. Sotus in 4. difp. 21. q. 1. art. 4. Cordubensis de Indulg. q. 10. Paludanus in 4. difp. 20. q. 4. art. 3. & alij.

2. Notandum est tamen quod Nauarrus notab. 21. affirms potestatem Indulgenciarum in Cardinalibus potius esse de consuetudine, quam de iure, cum pro ea nullus existat Canon. Hæc tamen opinio aliquibus non probatur; nam consuetudo non sufficit ad hoc, ut aliquis habeat ius ad confundendas Indulgencias; cum enim ex se sint odiosa, & ius commune de disciplina Ecclesiastica vulnerat, & encravent, præter hanc consuetudinem debet adhuc intercedere titulus, seu auctoritas tacita, vel expressa Superioris, que quidem censetur adesse, cum propter dignitatem ipsorum Cardinalium, quibus Pontifex priuilegia, que communiter aliis inferioribus concessa sunt, non vult denegare, tum quia videt Summus Pontifex ipsos Cardinales conferre Indulgencias, & hoc videndo faciens censetur annuere, & in hoc priuilegium Cardinalium consentire. Ex quo sequitur quod si ipse hanc consuetudinem ignoraret, aut agnitus improbarat, nulla Cardinalibus per hanc consuetudinem potestas conferendi Indulgencias acquiretur; sed tamen cum numquam improbauerit, argumento est præter consuetudinem sufficientem titulum ad ipsas Indulgencias habere: ita hæc omnia docet Andreas Duallius in part. 2. D.T homm. tract. de Indulg. quæst. vn. art. 9. concl. 4. Sed ego puto sententiam Nauarii esse satis probabilem per ea, quæ adducit Villalobos in summa tom. 1. tract. 26. difficult. 5. num. 10. vbi probas consuetudinem posse introducere potestatem conferendi Indulgencias; unde ex vitroque capite, & ex consuetudine, & ex tacito consensu Summi Pontificis puto Dominos Cardinales posse Indulgencias centum dierum concedere.

RESOL. XLVII.

An Cardinales possint eligere sibi Confessarium? Et an etiam sua familia possint prouidere de Confessorio? Et an omnes, qui sunt de Cardinalium familia, possint de eorum licentia Confessarium sibi eligere?

Et an hoc etiam procedat, ubicumque Cardinales inueniantur?

Et an contrarium dicendum sit circa hoc ultimum de familia Episcoporum extra propriam Diocesim? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 10.

§. 1. Respondeo affirmatiue, vel ex c. fin. de penit. remiss. vt assertunt aliqui, & ego cum illis, vel

ex consuetudine ut volunt alij. Ita docet Ochagavia in Ref. 36. & de Sacram. tract. 2. de confess. sacrament. q. 36. numero 15. infra in Ref. Vasquez in 3. part. tom. 4. quæst. 93. art. 1. dub. 4. num. 2. 49. §. Ante-Ludouicus à Cruce in Bulla Cruc. disput. 1. c. 2. dub. 22. quam. & in num. 11. & seq. Reginaldus tom. 1. lib. 1. cap. 5. sect. 1. num. 32. Suarez tom. 4. difp. 27. sect. 2. num. 6. & Praepositus in 3. part. q. 8. de approbat. Minist. dub. 7. num. 53. vbi sic ait, Ex consuetudine possunt Confessarium elegere Cardinales, qui & suæ familie possunt prouidere de Confessario, cum sint quasi Pastores suorum demesticorum, quod etiam docuit Turrianus de penit. difp. 23. dub. 3. Filliarius tom. 1. tract. 7. cap. 7. num. 197. Henricus lib. 6. cap. 13. num. 3. Comitolus lib. 1. quæst. 101. num. 4. Laudensis de Cardinal. quæst. 19. Manfredus de Cardinal. decf. 11. 8. Albanus de Cardinal. quæst. 41. Sotus in 4. difp. 18. quæst. 4. art. 2. Toletus lib. 3. cap. 13. num. 9. Bossius de Inbilao sect. 4. cas. 2. §. 4. n. 111. & alij.

2. Notandum est tamen quod Scipio de Rubœis in Aphorism. Episcop. ver. Cardinalis, num. 5. & Azor. tom. 2. lib. 4. c. 3. q. 16. tenent hoc habuisse locum ante Conc. Trid. nomine vero docent, quod Cardinales, qui nec sunt Episcopi, nec Legati, confiteri debent vii ex approbatibus ab Episcopo proprio Confessariis, quia si aptobatus non est, non reputatur idoneus ad audiendas confessiones. Ita ille. Sed doctores superius citati post Concilium supradictam auctoritatem, quoniam impugnat Azorius, Cardinalibus tribuerunt: & Antonius Naldus in summa ver. Cardinalis, num. 8. nominatim contra dictum Azorium tenet sententiam in fauore Cardinalium, sic enim ait: Certum est Cardinales esse quasi proprios Sacerdotes suæ familie, & per se, vel per alios posse munus hoc parochie in illam exercere, & per consequens eandem familiam non subi i parochiali locorum, in quibus iidem Cardinales inhabitant quoad Sacraenta ab illis suscipienda. Ipsi autem Cardinales sicut ratione dignitatis & officij coniunctissimi sunt Summo Pontifici, ita illum solum habent vii proprium Sacerdotem, atque ita pro libito eligent sibi Confessarium, ad text. in cap. fin. de penit. & remiss. prout nunc eis ex consuetudine iam competere ex Soto tradit. Azorius vbi supra, q. 16. & supponit Nauarr. conf. 9. num. 3. de statu Monach. & quoniam Azorius afferat in hoc contrarium sacra Congregationis declaracionem, tamen cum de ipsa legitime non constet, non esset dubitandum de praedicta consuetudine diuturna, nam si possunt ipsis hanc facultatem supradictæ familiae, ut supra, concedere, non erit ambigendum posse & erga se ipsos vii eadem auctoritate. Ita Naldus. Vnde nouissimè Adamus Tannerus tom. 4. difp. 6. 9. 9. dub. 3. num. 58. sic ait. Sacerdos quilibet ab aliquo Cardinalium designatus, & electus, facultatem habet, tam ad proprias eorum, quam ad familiarium Sup. hoc in commenfaliūm confessiones audiendas. Hæc ille, Ref. 3. not. & tandem Ludovicus de San. Iuan. quæst. 6. art. 2. de præteritæ, in sacram. Penit. diffc. 5. concl. 2. sic ait. [Todos los Cardinals, & in denales tienen licencia tacita del Papa para elegir Con- Refol. 4. in fessor para si, y para sus familiares, y yo lo sé por codem §. esperencia, pues fue Confessor del Señor Cardinal Doria, y de otros Cardinales, sin mas autoridad que solo su nombramiento.] Ita ille.

3. Notandum est etiam omnes qui sunt de Cardinalium familia, posse de eorum licentia Confessarium sibi eligere. Ita tenent Doctores citati, quoniam commenfaliūm ubicumque Cardinales reperiantur, sunt de consuetudine subiecti eidem 1. Ref. 38. §. Cardinalibus tanquam Ordinariis suæ familiae curam habentibus ergo de ipsorum licentia possunt sibi elige Confessorem. Et ideo ex praxi Curia Romana patet, quod cum cuncti fidèles sub præcepto tenentur